

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 3. Quomodo notiones Personarum diuinuarum nobis innotescant, aut
possint innoscere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

nerabili, de cuiusratione est accipere natu-
rum cum spirandi secunditate.

Ad tertium Respondeo per spirationem
passuam satis excludit spirationem actiua-
m à Spiritu sancto, cui ratiōne opponitur. Et
insecunditatem Spiritus sancti satis inno-
tescere per paternitatem & spirationem
actiua, quarum veraque repugnat Spiritui
sancto. Quare non est opus pluribus notioni-
bus, quād quinque vulgo traditis, quasi hęc
quinque non sufficiant ad notiōnēm &
distiōnēm sufficientem personarū.

Ad quartum Respondeo, Verbum dici,
idem esse re ipsa, ac filium generari: & in
ratione filiationis contineri rationem ima-
ginis, quād filij propria est. Licet hęc duo
conceptu diffārāt: quia si per impossibile
voluntas non esset secunda, & tamen esset
secundus intellectus: esset productio Verbi
& dictio, non tamen generatio: quia non es-
set communicatio natura cum secunditate.
Originēs autem, & subsistentia, distiōnē
conceptū, sunt ipsamē relationes actiua &
passiva. Confuse verò concepta origo, vel
subsistentia, à pluribus abstracta, non est no-
tio: quia non est forma individua & realiter
vna. Addunt aliqui, originēs ut tales ex-
cludi à definitione notiōnis hac particula,
Notio est forma, aut quād forma, nempe in fa-
cto esse, aut inesse, quasi perfecto: quales
non sunt originēs, vñ sic, quād significantur
potius ut actiones aut passiones quedam, &
quād via ac tendentia ad terminum. Verū
actiones aut passiones, seu producere aut
producere, malè concipiuntur quād via ad ter-
minum, & vt medium quid inter producere
& productum, aut quād forma imperfecta.
Nam producere nihil est aliud re & ratione,
quād res ipsa quād producit, vñ suam exer-
cens circa terminum. Illud autem non est
forma quād imperfecta. Producere que-
nihil est aliud, quād res ipsa ut existens
vi principij, à quo producitur. Item quic-
quid producit proximè & physicè, per se
formaliter & immediatè producit, non au-
tem mediante aliquo alio: sicut per se for-
maliter est aptum producere, & vis ipsa pro-
ducendi. Neque enim aliud potest produ-
cere, & aliud producere. Qui quid etiam pro-
ducitur, scipio formaliter & immediatè pro-
ducitur, id est, existit vi sui principij. Quare
productio actiua, vel passiva, male concipi-
tur ut via intermedia inter producens &
productum, principium & terminum, quip-
pe quād se ipse formaliter & immediatè pro-
ducunt, aut producuntur. Denique nomina
quād personis diuinis tribuuntur per appro-
priationem, ut Verbum filio, amor & donum
Spiritui sancto, nihil significant nisi modum
procedendi specialem per intellectum
aut per voluntatem, qui relationibus ipsis &
originibus satis significatur. Quare non est
propertate multiplicitas numerus notioni-
um, quād hęc, & similia, quinque vulgatis
non comprehendantur. Sed neque debent
vlo modo censi esse diuersæ notiōnes ea-

quād differunt tantum nomine tenus, & non
stiam conceptu obiectuo, saltem ratione
alicuius connotati.

SECTIO III.

Quomodo notiōnes personarū diuinarū
nobis innotescant, aut possint
innotescere?

Respondeo notiōnes personarū diuinarū, in quibus consistit mysterium Tri-
nitatis, fide nobis innotescere: neque posse
ab illo homine cognosci solo lumine natu-
rali, sine ope revelationis, vel auxiliū diuinī
specialis & supernaturalis. Hęc conclusio
est D. Thom. quæst. 32. art. 1. & communis
Theologorum, patetque ex dictis disput. 23.
sect. 1. Addo in præsens non solum homines,
sed neque angelos, aut vllas creature possi-
bles posse naturaliter aequi notiōnem my-
sterij Trinitatis, ne probabilem quidam. Ra-
tio est quia mysterium Trinitatis, quād non
sit contra rationem naturalem, sed su-
pra: adeo tamen illam excedit, vt nullum in
rebus naturalibus vestigium, nullum indi-
cium sit, ex quo, semoro lumine reuelatio-
nis, possit vel probabilitate conjici. Semoro,
inquam, lumine reuelationis: nam eo positio
non nego posse probabilem eius ascensum
elici, adhibitis quibusdam exemplis rerum
naturalium: cuiusmodi sunt illa, quād loco
statu retulimus ex Ricardo Victorino, &
aliis; & quād ad emolliendam huius myste-
rii difficultatem à Sanctis Patribus afferri
solent exempla fontis, riui, & stagni, ex ea-
dem aqua: solis, & lucis, ac caloris, ex eo
apparentis ob variam lucis refractionem: in-
tellectus, memoria, & voluntatis, in eadem
anima: nec non productionis verbis ab eadem
intelligente, & amoris ab eadē. Amante:
quod d' enique prima & nobilitas in substan-
tia, quād est gloriosissimis aliis virtute, & genera-
di sibi simile, non debet eā carere, vñ talia illud
Isa. 66. v. 9. Nunquid ego qui alios parere facio,
ipsi non pariam, dicit Dominus? Si ergo qui genera-
tiōnē m̄ ceteris tribu, steriles ero, ait Dominus.
Deus tuus?

Aliunde verò tanta est difficultas in agnol-
endo quod eadem essentia simplicissima &
indivisiibilis, identificetur tribus re liter disti-
nctis inter se, & nihilominus in istis ab illa vniuersitatis essentia: ut omnis intellectus
creabilis, aut iam creatus, solis tribus na-
turalibus vel sit iudicaturus id esse impossibili-
te, vel iudicium suspensus. Si occurrat
ali cogitatio talis identitatis & disti-
nctionis in Deo.

Confirmatur ex Scriptura, quād generaliter
& absoluē affirmat, non posse cognosci
Trinitatem nisi per revelationem. Matt. 11.
Nemo nouit filium nisi pater, neque Patrem quis
nouit nisi filius, & cui voluerit Filius reuelare

352 Disp. XXVII. de Trinit. Sect. II.

Et cap. 16. Cire ex sanguis non reuelauit tibi,
sed patr' meus qui in celis est. Vbi nota reue-
lationem huius mysterij in Deum ipsum re-
fundi, ita ut sine illo, liberaque ipsius reue-
latione pravia, nullus eius nuntiatum assequi
possit. Hoc enim significant verba illa, *Nemo
nonit, &c.* id est, neque actum cognos-
cendi habet, neque potentiam sufficien-
tem ad cognoscendum. Non debent autem
haec verba, de se uniuersalissima, restringi
ad creaturas iam existentes. Alioqui pa-
ri licentia diceret aliquis debere restrin-
gi ad homines, & non comprehendere an-
gelos.

17. Confirmatur secundò ex Patribus, qui ex
locis Scripturae citatis arguant neque homi-
nes, neque angelos, posse (naturaliter scilicet)
cognoscere mysterium generationis
Verbi diuinij, iuxta illud Isa. 53. Generatio-
nem eius quis enarrabit? Ita Irenaeus lib. 2. cap.
48. Hilary lib. 2. de Trinit. longe post init. &
lib. 3. post medium, Ambros. lib. 1. de si-
de ad Gratian. cap. 5. ante med. Et Basil.
epist. 43. vbi ait nullam mentem posse ap-
prenderere, viribus scilicet naturalibus,
veritatem & discretiōlem personarum diuin-
narum.

18. Ex quibus collige falli Scotum in 2. dist.
q. quast. 9. & in 4. dist. 49. qu. 1. aientem
posse angelum cognoscere euidenter mysteri-
um Trinitatis per actum naturalem, si Deus
est et speciem illius naturalē, & proportiona-
tiam naturālē virtutē angeli. Addit tamē
hanc speciem esse supra naturam aliquo modo,
quatenus scilicet non conuenit
angelo necessariō, neque illam sumit ab ob-
iecto; sed Deus liberē illam donat si vult,
supra naturā debitum. Quod fortasse addit
Scotus vt non omnino videat contradi-
ceat Scriptura & Patrum testimoniis, affirmati-
bus non posse cognoscere hoc mysterium sine
Dei reuelatione, quorum aliqua supra reu-
elatum, in illo vero plura referuntur à Dida-
co Ruis sp. 1. sec. 3.

19. Sed non ostinet quod vult. Nam infusio
speciei naturalis, & proportiona-
tia naturale angeli, non est reuelatio propriè-
tatis: notitiaq[ue] habita per tales spe-
cier[um], non est notitia habita per reuelacio-
nem, distincta ab illa quae dicitur haberi so-
lo lumine natu[re] & nimis cum auxiliis
naturalibus. Alioquin angelii nouissent per
reuelationem ea omnia, & nouerunt initio
per creationis per species naturales conge-
nitas, a Deo sibi infusas. Nec obest quod il-
lam speciem Trinitatis non potest ange-
lius sumere ab obiecto. Nam neque potuit
sumere ab obiecto species possibilium au-
futurū, quae nouit ab initio. Si autem
species eadem & proportionata natura
constituit angeli, non est illi minus debita
naturaliter, quam species altera, quas Deus
illi infusit ab initio. Licer Deus non neces-
sariō sed liberē, ac sine debito, has p[ro]ximis aliis
infusgerit; & circa haec obiecta, potius quam

circa illa: putat, circa haec possibilius p[ro]p[ter]a alios.

Aliam addunt rationem contra Scotum
Suar. lib. 1. de Trinit. cap. 1. num. 16. Vasque
disp. 134. cap. 2. & alijs p[ro]p[ter]a que: quia scilicet
non potest haberet cūdias notitia mysterij
Trinitatis quod ad est, aut quod ad quid est,
nisi sit intuitiva. At angeli non posunt
habere naturaliter notiam intuitivam Tri-
nitatis: ergo, &c. Sed huius argumenti
maiorem veram esse non puto. Si enim Deus
aliqui reuelaret euidenter se esse trinum; &
ille lumine naturali; vel per euidenter
reuelationem nosset euidenter Deum esse
veracem: ille haberet notiam euidentem
Trinitatis quod ad est. Sic enim posset ra-
tiocinari: Quicquid Deus reuelat est ve-
rum: sed Deus reuelat se esse trinum: ergo
verum est Deum esse trinum. Cuius syllo-
gismi, cūm maior & minor sint euidentes,
conclusio ex illis bene deducta euidentes est.
Item si quis videret in transitu mysterium
Trinitatis, vt de Moysē & Paulo nonnulli
affirmant; ille ex alijs visione reuerenter spe-
ciet, cuius ope recordari posset p[ro]p[ter]a
te a se vidi, & cognoscere illud euidenter,
etiam quod ad quid est. Sicut nos re-
cordamur quidditatē obiectorum, antea
clarē & intuitivē percepimus. Hac au-
tem recordatio non esset notia intuitiva
iphus Trinitatis: quis non esset imme-
diata perceptio mysterij illius in se ipso, se-
cundum suam actualem existentiam obser-
vante & terminante cognitionem, ad eum
modum quo lumen & color secundum suam
actualem existentiam terminant visionem
ocularem, & ab ipsa immediata perci-
punt ut coram obuersantia per se ipsa.
Idemque dico de isto qui supernaturaliter
videret actum quo aliquis Beatus videt my-
sterium Trinitatis: aut speciem impressam
representantem virtualiter & intentiona-
liter mysterium Trinitatis. Visio enim
huius speciei impressa, aut visionis beatifi-
cae alienius Beati, esset quidem clara
& quidditatua cognitionis mysterij Trinitatis.
Et tamen non esset visio euidentem my-
sterij, sed abstractua eius cognitione per
media quidditatē illud representantia,
id est, sicuti est germane ac proprie, non
autem analogice per speciem alienam, id
est, p[er] similitudinem & proportionem
cum rebus aliis, ad eum modum quo natu-
raliter Deum & alias res immateriales &
insep[t]ibilis in hac vita cognoscimus. Omittit
aliud quorundam argumentum, sum-
ptum ex unione hypostatica aliquip[er] natura
creatae cum tribus persopis diuinis. Quia
sentio visionem non esse aliud quam extre-
ma immediate cohaerentia ad initicem per
simplicem vsum sua vniuersalitatis, ab ipsis in-
distinctum à parte rei, ac ne quidem mutuo
præcisum adeoque non posse videri, quia
videantur ipsa extrema.

Dices cum Vasque disp. 135. cap. 3. num. 6.
notitiam per euidentem reuelationem esse
pecc.

p̄ principia extrinseca rei : ideoque non posse euidenter ostendere nostro intellectui connexionem prædicti cum subiecto in se. Hæc enim est notitia intrinseca rei, quæ per extrinseca prius non potest haberi.

Respondeo non posse quidem evidenter ostendere illam connexionem immediate in seipsa ; sed evidenter illam ostendere per aliquod illius indicium euidentis & infallibile. Ad notitiam autem evidenter connexionis prædicti cum subiecto, sufficit illam haberi per aliquid medium euidenter & infallibiliter cum illa connexum , quamvis medium illud sit extrinsecum. Nam ex Aristotele 1. Posset. & ex consensu omnium Philosophorum, demonstratio à posteriori, causæ per effectum, est vera demonstratio, parique scientiam, id est, notitiam euidentem conclusionis; quamvis effectus sit medium extrinsecum respectu causæ. Neque obest, quod aliqui dicunt, differentiam esse, quia illi effectus sunt naturaliter connexionis causæ: secus autem veritas & relatione divina cum rebus reuelatis. Nam euidentia conclusionis non fundatur in eo quod effectus sit naturaliter connexionis causæ, id est, naturaliter ab illa oriatur: sed in eo quod tanta est connexionio inter præmissas & conclusionem, ut evidenter impossibile sit præmissas esse veras, & conclusionem esse falsam. Vnde fit, ut habita notitia euidenti præmissarum & bona relationis, habeatur euidentia notitia veritatis conclusionis. Qui non minor est connexionio veritatis præmissarum cum veritate conclusionis in discursu illo : Quicquid Deus reuelauit, verum est &c. quām in isto: Omne admiratiuum est rationale. Sed omnis homo est admiratiuus. Ergo rationalis. Et quidem Deo liberum reuelare, vel non reuelare. Sed tamen posita reuelatione, non minor est connexionio reuelationis diuinæ cum veritate rei reuelatae: quām sit vñius effectus naturalis cum sua causa. Id est, non minus est impossibile non esse verum id quod Deus reuelauit, posita reuelatione: quām talem effectum non esse à tali causa. Quare reuelatio est indicium &que infallibile veritatis rei reuelatae; & que effectus vñius est indicium & istetia sua causæ.

Obijcies secundò cum Cuniga disp. 7. dub.

2. Omnis notitia quidditativa & propria Dei, attingit illum sicuti est, & prout distinguitur à creatura. Deus autem eo distinguatur à creature, quod sit ens necessarium, creature vero, contingens. Ergo attingit illum ut ens necessarium, id est, ut necessariò existentem: adeoque ut actu existentem. Ac proinde nulla Dei notitia quidditativa potest esse abstractiva, sed omnis est intuitiva. Confirmatur, quia existentia est de quidditate, & essentia Dei. Ergo notitia Dei quidditativa attingit illius existentiam. Ergo versatur circa Deum ut existentem. Ergo est intuitiva.

Respondeo, ad cognitionem Dei intuitivam non sufficere illum cognosci. Ut enim est in se, conceptu genito & quidditativo, vel ut ens necessarium, id est, necessariò existens actu: sed oportere ut notitia illa terminetur immediatè ad Deum ut per se præsentem, coramque obuersantem intellectui, ac sua reali & actuali præsentia fistentem eius aspectum: simili modo, quo obiecta visibilitate, ut per se præsentia coramque obuersatione, fiant visionem ocularem immediatè terminatam ad ipsa ut actu existentia, & secundum suam actualem existentiam immediatè percepta. At hoc non habere notitia Dei, vel mysterij Trinitatis, cogniti tantum mediata in visione alicuius Beati, aut in specie impressa, vel habita per recordationem ex visione & anfeunte, propter speciem ex tali visione relictam, quæ saltem supernaturaliter posset relinqui in mente videntis, & in vñus postea reduci ad recordandum obiecti anteä visi: sicut nos hyeme recordamur rosarum, veris tempore perceptarum intuitiu & experimentaliter.

Ad confirmationem, dico similiter notitiam quidditativam, de qua loquimur, attingere quidem Dei existentiam: sed non attingere experimentaliter, ut in seipsa immediatè perceptam, ad eum modum, quo visus corporeus attingit visibilia. Ex visione autem corporea sumptum est non notitia intuitiva intellectualis: de qua similiter ut de corpore philosophandum est, quoq; modum tendendi in obiectum.

22.

Potest dari
cognitio
Dei quid-
ditativa,
qua non se
intuitiva,

NO
narr.

23.

DISPUTATIO

VIGESIMA OCTAVA

De personis diuini in particulari. Et
primo de persona Patris.

Sectio I. Vtrum paternitas sit prima proprietas Patris, & runde illi conueniat?

Tomus I.

AAA